

nostri fori non est, quam illustrandum in locis obscurioribus fontis hebr. masor. æque ac vulgatæ Versionis textum, ejusque legitimum sensum eruendum: penes eruditos vero judicium esto, utrum conatibus nostris optatus responderit

F I N I S.

COROLLARIA


QUAEDAM

DOGMATICO - MORALIA.

- I. *Ex lib. II. Moysis I. 20. Mendacium obsequiosum esse licitum, idque in obstetricibus ægyptiacis a Deo remuneratum fuisse, minime evincitur.*
- II. *C. III. 6. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac &c. coll. Matth. XXII. 31. manifeste probat, animas hominum post mortem adhuc superstites, suisque corporibus aliquando reuinendas esse.*
- III. *C. IV. 21. Ego indurabo cor Pharaonis &c. Deum positive & directe cor Pharaonis indurasse, ejusque peccatorum causam extitisse blasphema illatio est, quæ ex usu loquendi linguae primævæ per se evanescit.*

- IV. Nec minus inepte ex ipsa Pharaonis indurazione infertur, non omnibus hominibus gratias ad salutem sufficientes a Deo subpeditari.
- V. C. XIX. 6. Vos mihi eritis regale sacerdotium &c. quæ I. Petri II. 9. repetuntur: minime exin probatur, singulos homines tam in A. quam N. T. veros esse sacerdotes.
- VI. C. XX. 5. Usum imaginum tantum idololatricum, non quemcunque alium sive sacrum, sive profanum a Deo prohibitum fuisse, & litera, & facta V. T. aperte docent.
- VII. Ibidem 7. Solum perjurium, non item juramentum legitimum vetitum fuit.
- VIII. Ibid. 17. Attribus etiam mere internis peccari posse,clare innuitur.
- IX. C. XXIII. Personarum, munera & mque acceptio-
nem ab officio Judicis exulare debere, ratio
adjecta rite monet.
- X. Ibid. e v. 12. Præcepto sanctificandi Sabbathum
mero otio, uniceque abstinentia ab opere ser-
vili in N. L. satisfieri posse, perperam con-
cluditur.

O. A. M. D. G.



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
R	G	B																	

